

Item quæro, an iudex stantibus legitimis & sufficientibus indicis, modò procedat per viam accusationis, modò per viam inquisitionis, parte petente, teneatur de necessitate, & præcisè torturam imponere, & aliter faciendò teneatur in syndicato; & videtur quòd non, quia tortura & indicia per quæ pervenitur ad eam sunt arbitraria, & resident in mero iudicis arbitrio, a argumento *l. non quicquid, ff. de iudica*. Cujus verba sunt: *Non quicquid iudicis potestate permittitur, in subiectis suis necessitati, & ibi Glossa ordinaria & communiter Doct. text. in l. videamus, §. si iurare, ff. de in litem iurando, text. in l. actionibus, vers. 1. & 2. eod. tit. text. in l. quod si Ephesi, §. 1. ff. de eo quod certo loco, text. in l. 1. v. episc. in C. quomodo, & quando iudex*. Cujus verba sunt: *Id enim eo pertinet, ut etiam absentem damnare possit, non ut omnino necesse habeat*; & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Paulus de Castro in *d. non quicquid, ff. de iud.* & ante eum ita tenet ibi Angelus de Perus. Bald. in *l. fin. C. de probationibus, fin. col.* Alex. in *l. Gallus, ff. de liber. & posth. 2. col.* & ibi *Jas. 4. col. n. 15* quòd est valde singulare, & utilissimum in practica. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam & conclusionem, imò quòd iudex præcisè, & necessitate teneatur reum torquere stantibus legitimis indicis Primò quia aliàs supervacua, & sine aliquo effectu videretur tota materia torturæ, & fieret maximum, & grave damnum, & præjudicium parti offensæ & reipublicæ, aufereudo istud genus probationis, & per consequens delicta remaneret impunita. Secundò, quia absurdum & iniquum videtur, quòd in mera facultate iudicis esset torquere unum, & dimittere alium. Tertio, quia considero, quòd ipsa indicia benè reliquuntur in iudicis arbitrio, an concludant, vel non, cum sint varia & diversa, & à jure non determinata, & si forte sibi non concludunt, benè possent intelligi, & procedere opinio, & conclusio prædictorum Doctorum; tamen quando indicia essent talia, quæ de jure essent approbata, & cuilibet concluderent, ut unus testis de visu, confessio extrajudicialis, vel simile indicium, de quibus supra diximus, tunc benè teneretur iudex de necessitate torquere, aliàs negaret iustitiam, & teneretur in syndicato, & accusator posset ex hoc legitimè appellare, & in expresso ita videtur tenere Bart. in *l. fin. ff. de quest. 1. col. n. 2* Bald. in *l. pen. C. quorum appell. non re. 1. col. n. 2* & ibi *Salyc. 1. col.* quòd certè reperto verissimum honoris, & famæ lucrativum. Confirmator quia in delicto injuriæ, & aliis quibus poena est arbitraria, non potest iudex desistere condemnare, & poenam tollere, aliàs teneretur in syndicato, ergo idem in nostro casu. Nec obstant jura superius in contrarium adducta, quia debent intelligi, quando aliquid relinquunt in mero, & absoluto iudicis arbitrio; secus verò quando simpliciter relinquuntur iudicis arbitrio, habito respectu ad propositiones, vel aliqua merita causæ, quia tunc de necessitate tenetur facere, & impartiri officium, & arbitrium suum, & si non fecerit, tenetur in syndicato, & ab eo potest appellari. Ita tenet & declarat Innoc. in *l. fin. de firmit. fin. col.* & ibi communiter Doctores, Anton. & communiter alii Doctores in *c. super bis, de accus. Abbas & communiter Doct. in c. 1. de dilat. Felin. in c. exceptionem, de except. 1. & 2. col. Imol. in l. 2. ff. de public. iud. pen. col. Alex. in l. 1. ff. de legat. secundo, fin. col. idem*

Alex. in l. & si severior, C. ex quibus causis infam. irrog. Ang. de Atret. n. §. 1. *Inst. de alion. 4. col.* & ibi *Jas. 9. col. c. 94*. Dominic. in c. 3. de j. n. am. cal. lib. 6. Philip. Dec. in l. 1. ff. de iuris. omni. iud. 3. col.

Item quæro, an in casibus, in quibus 21 habet locum tortura, iudex d. beat pronunc. Anst. tor. ciare deveniendum esse ad torturam, & ab eadem possit ea possit appellari? In quo articulo breviter appellari, & resolutivè dico quòd sic, unde publicaris attestacionibus, & viso, & examinato processu, ut supra dictum est, pronunciat iudex per suam sententiam interlocutoriam, reum esse torquendum in forma consueta, & moderato arbitrio suo, & illa sententia intimabitur reo, & an debet superferri per tempus ad appellandum, & si reus appellaverit, debet ei iudex concedere appellationem, quia cum sit actus gravissimi præjudicii, qui non potest diffinitivè reparari, imò aliando, & multoties solet reus perire in tormento, habet locum appellatio; si verò non appellavit, vel si appellavit, & per iudicem appellationis sententia fuit confirmata, tunc licet potest torqueri; ita probat text. in l. 2. ff. de appel. res. Cujus verba sunt: [ Ante sententiam appellari potest, si quaestione in civili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges iudex hoc faciat, & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Bald. Ang. & communiter Doct. Gloss. ordinaria in *l. pen. C. quorum appellat. non re. & ibi communiter Doct.* Gloss. etiam ordinaria & communiter Doct. in l. 2. C. de Episc. und Gloss. etiam Bartol. & communiter Doct. in *l. arbitrio, ff. qui satisf. cogant.* Hippol. de Marfil. in l. 1. ff. de q. 3. col. n. 6. idem Hippol. in sua practi §. nunc videndum, 2. col. r. 1. & §. col. vers. data autem dicta copia. Ex quo inferitur quòd idem est contra, si iudex pronunciet reum non torquendum, vel requisitus à parte negat vel dissimulat, quia potest accusator appellare, quia infert sibi gravamen denegando istud genus probationis, quòd postea in diffinitivè non potest reperiri, ita Bald. in *d. l. pen. C. quorum appellat. non re. 1. col. n. 1.* & ibi *Salyc. 1. col. & 1. opp.*

Item quæro, qualiter iudex debet interrogare reum positum in tortura? & resolutivè dico, quòd debet simpliciter interrogare, quis commisit illud delictum, & qua forma, & quo loco; & finaliter, quòd dicat & manifestet veritatem in illo casu & negotio; non tamen debet sigillatim & particulariter interrogare de ipso reo, vel de alio nominato, & particulariter, quia esset potius incitare & suggerere, quàm inquirere; ita probat *l. 1. §. qui quest. ff. de quaestione*. Cujus verba sunt: [ Qui quaestione habiturus est, non debet specialiter interrogare; an Lucius, Titius homicidium fecerit, sed generaliter quis id fecerit, aliter enim magis suggerentis quàm inquirentis videtur; ] & licet Glossa, Bartolus, & communiter Doctores ibi intelligant illum textum in teste, quando torquetur pro eruenta veritate, non autem in ipso reo accusato, vel inquisito, tamen mihi videtur quòd decisio & ratio illius text. habet locum in utroque, & in expresso ita disponit *l. 3. tit. 10. 7. part. in fin.* ubi dicit, quòd modò ipse torquetur, modò ipse reus principalis, non debet principaliter, & nominatim interrogari; sed generaliter & simpliciter, dicendo quòd declarat quis illud delictum commisit, & quis est, quòd in eo fecit, &

24

& cognoscat.

Item quæro si reus accusatus, vel inquisitus positus in tortura confiteatur delictum, an ex illa confessione possit diffinitivè condemnari & breviter & resolutivè dico quòd non, nisi sequatur perseverantia & ratificatio sine tormento, text. est in *l. 1. §. dicit Severus, ff. de quest. text. cum ratione in d. l. 2. §. quaestioni fidem, eod. tit.* Cujus verba sunt: [ Quaestioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam constitutionibus declaratur, est enim res fragilis & periculosa, & quæ veritatem fallit: nam plerique patientiæ, sive duritia tormentorum, ita tormenta contemunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo possit; alii tantà sunt impatientiæ, ut in quovis mentiri quàm patri tormenta vèlinat; ] & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Bart. Alb. & communiter Doct. text. in *l. 2. C. de custod. reor.* & ibi etiam Gloss. ordinaria & communiter Doctores; & si quæras infra quantum tempus debeat talis fieri ratificatio: Dico quòd non reperitur à jure determinatum, sed relinquuntur iudicis arbitrio; iustum tamen, & competens videtur post unum diem naturalem, unde postquam reus in tortura confessus est, reducit in locum in quo antea erat, vel in alio diverso, & remoto à loco torturæ, ut verisimiliter videatur cessare metus ejus, & post talem diem naturalem 24. horarum iudex faciat illum coram fe comparere & faciat sibi per tabellionem causæ legi confessionem suam factam in tormento, & interrogat eum, an illa sit vera, & in ea fe firmat, & quia tunc non est positus in tortura, & dicat & declarat omnino veritatem, & si dixerit, confessionem esse veram, & quòd in ea perseverat, & eam ratificat, poterit licitè & iustè ex ea diffinitivè condemnari, & ista est vera & communis doctrina & practica hujus articuli, & in expresso ita tenet & declarat Jac. Butrig. in *l. 2. C. de custod. reor.* & ibi alii Doct. idem Jac. Butrig. in *l. 2. C. quod meris ca. sa*, & ibi etiam Doct. Bartol. & communiter Doctores in *l. 1. §. Divus Severus, ff. de quest. præcipuè Hippol. de Marfil. ibi 2. col. n. 6. idem Hippol. de Marfil. in sua practi. §. quoniam, 1. & 2. col. Ang. Imol. & communiter Doctores in *l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquir. hered.* idem Ang. in *l. 2. C. quorum appel. non re.* idem Angel. in *l. fin. C. de quest.* & ibi alii Doctores. Abbas in *c. si de confessis, 4. col. n. 12.* Ang. de malef. in *part. fama publica procedente, pen. col. vers. postquam aliquis, & ibi Gandin. in tract. malef. in rubr. de quest. & tormen. vers. apud quem.* Franc. Brun. in *tract. de indicis & tormen. 2. q. 2. parit. 2. col. n. 4.* Faber in *tract. de quest. & tormen.* Bald. de Perigliis in *tract. de quest. & tormen. 5. col. vers. tertium capitulum*, pro qua sententia & conclusione est hodie notabilis *lex par. l. 4. tit. 10. 7. part.**

Item quæro, si reus accusatus vel inquisitus est positus in tortura, non precedentibus legitimis indicis, & in tortura confessus est delictum, & postea perseverat & ratificat confessionem post diem naturalem, & servata solemnitate, de qua supra, an possit diffinitivè condemnari? & breviter & resolutivè dico quòd non, quia cum tortura fuit injustè, & illegitimè adhibita, quicquid ex ea sequitur debet annullari, argumento text. in *l. non dubium, C. de legib. text. in l. fin. ff. de constit. pecun. text. juncta Gloss. ordinaria in l. si patronus, §. patronus, ff. si quid in fraud. patron. text. in l. cum principalis, ff. de regul. jur. cum similib. & in expresso istam sententiam & conclusio-*

25

nem tenet Gloss. singularis & ordinaria juncto text. in *l. pen. ff. de quest.* & ibi Bart. & communiter Doctores, præcipuè Hippol. de Marfil. 2. col. n. 10. ubi dicit, quòd hoc liberavit duos homines à poena mortis in civitate Bononiæ, ex quo consequutus fuit maximum commodum & honorem, Alber. in *l. 1. eodem tit. 1. col. in medio*, & ibi etiam Hippol. de Marfil. 5. col. n. 14. idem Alber. in *§. Divus Severus, ejusd. legis.* Joan. de Imol. ubi reputat perpetuò menti tenendum in *l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquir. hered.* & ibi Paul. de Cast. Alex. Jas. & communiter alii Doctores Florian. in *rubr. ff. de prob. 2. col. n. 10.* idem Florian. in *l. emptorem, eod. tit. 1. col. n. 1.* Felin. ubi reputat singulare, c. qualiter & quando, el. 2. §. licet, 2. col. n. 13. de accus. Angel. de Atret. in *tract. malef. in parte fama publ. ca. procedente, 1. col. vers. adversus tamen*, ubi reputat valde singulare, & quotidianum, & ibi Additionator, Gandin. in *tract. malef. in rubr. de quest. & tormen. vers. item pone*, quòd quidam captus fuit, & c. Faber in *tract. de quest. 10. col. vers. sed quid si al. qui, Francisc. Brun. in tract. de indicis, & torm. 2. quest. vers. ex supra dict. n. 47. 2. p.* Guido de Soza, in *tract. de quaest. vers. sed quid si aliquis tortus est, & ibi ejus Additionator, Paris. de Pureo in tract. Syndic. in part. an stetur, col. n. 3.* Alex. in *confil. suis, conf. 5. 1. col.* Hippol. de Marfil. in *confil. suis, confil. 8. §. 1. col. n. 13.* idem Hippol. *confil. 5. 2. 1. col. n. 4.* & ista est vera & communis opinio, & tenenda in iudicando & consulendo, licet Baldus expressè teneat contrarium in *leg. unica, Cod. de confessis, 5. col. 3. oppos.* & ex hac communi sententia & conclusione.

Primò infero, quòd si reus accusatus, vel inquisitus non potest torqueri privilegio persone, quia est nobilis, vel in alia dignitate positus, licet in tormento confiteatur, & postea perseveret, & ratificet, ejus confessio est ipso jure nulla, & non poterit ex ea condemnari.

Secundò infero, quòd si non possit torqueri ratione minoris ætatis, vel senectutis, confessio ejus etiam ratificata erit nulla, ut ex non possit condemnari.

Tertio infero, quòd si semel est tortus, & postea iterum injustè torquetur, confessio ejus facta in secunda tortura etiam ratificata erit nulla.

Quartò infero, quòd si à tortura appellavit, & ideò de facto posuit eum in tortura, & in ea confessus est, & postea ratificavit, confessio ejus erit nulla, & non poterit condemnari.

Quintò infero, quòd si contra reum sit vera, Nota 5. & legitima probatio, ex qua possit diffinitivè condemnari, & per iudicem torquetur ad effectum, ut non possit appellare, si confiteatur & postea perseveret, confessio erit nulla & simpliciter poterit appellare ab ejus sententia diffinitiva.

Sextò, & finaliter infero, quòd si ex equali, Nota 6. & legitima probatio, ex qua possit diffinitivè condemnari, & per iudicem torquetur ad effectum, ut non possit appellare, si confiteatur & postea perseveret, confessio erit nulla & simpliciter poterit appellare ab ejus sententia diffinitiva.

Nec huic solutioni obstat Gloss. singularis, & Nota 1. Nota 2. Nota 3. Nota 4. Nota 5. Nota 6.

26  
Reus an  
possit ite-  
rum tor-  
queri si  
primū  
negavit.

unica, in §. 1. Instit. de oblig. g. off. fin. in fin. ubi tenet, quod sententia lata super inepto libro est ipso jure nulla, quam ibi ad hoc reputat singularem Doctor. & reputat unicam Bald. in l. actor, C. de reb. cred. quia respondeo quod debet intelligi, quando nullitas non potest salvari, & expelli confessione partis.

Item quero, si reus accusatus, vel inquisitus sufficienter fuit tortus, & negavit se commississe delictum, an iterum possit torqueri? in quo articulo breviter, & resolutivē dico, quod si indicia ex quibus fuit tortus, sunt gravissima, & nimis urgentia, tunc bene potest iterum torqueri, aliās verō non, ita probat text. capitalis & expressus in leg. rep. ff. de quest. Cuius verba sunt: Reus questionem posse divi fratres rescriptis, textus, in l. unius, §. 1. eod. tit. secundum unam lecturam.

Item etiam dato casu, quod ex indicis tam gravissimis non fuisset tortus, tamen si post torturam supervenerunt alia indicia de novo, bene potest iterum torqueri: ita probat textus notabilis & expressus in l. unius, §. 1. ff. de quest. Cuius verba sunt: Reus evidentioribus argumentis oppressus repeti in questionem potest, maxime si in tortura animus corpisque duraverit, & in expresso per ista jura istam doctrinam & resolutionem ponit Bart. ibi, & alii Doctores. Salycet. in l. 2. C. de custod. reor. fin. col. penult. q. 1. ubi dicit, quod ita practicatur. Sed ad vertendum, quod eo casu quo supervenerunt nova indicia post torturam semel adhibitam, vera & communis opinio est, quod possit repeti tortura: sed eo casu quo nulla supervenerunt indicia de novo, licet prima ex quibus tortus fuit essent gravissima, & urgentia; quamvis Bart. & Salyc. teneant, quod possit iterum torqueri, & quoad me ista sit verior opinio, & tenenda. Tamen magis communis opinio est in contrarium: imo, quod amplius non possit torqueri, & in expresso ita tenet Dynus, Oldradus, Rainierius, Alberic. & alii Doctores antiqui in d. l. vepes. ff. de quest. Odofred. in fin. Cod. de question. final. col. 5. quest. & ibi notabiliter Cynus finali columna 5. quest. Albericus in rubrica eodem titulo, secunda columna, vers. scilicet. sed nunquid. Faber in rubrica eadem tituli, in fin. Bald. in leg. 2. Cod. quorum appel. non resp. secunda columna, n. 6. idem Bald. in lege unica, C. de confess. 6. columna, num. 16. Angel. de Perul. in leg. si quis in gravi, §. si quis moriens, ff. ad Syllan. Angel. de malef. in parte, fama publica precedente in fine, vers. tertio quero, & ibi ejus additionator, Gandinus in tract. de malef. in rubr. de quest. & tormen. 1. col. vers. scilicet. quarto nota, Paris. de Puteo in tract. de Syndicatus in parte de repetitione torture, prima colum. Hippol. de Marfil. in d. l. repetit. ff. de question. 1. col. num. 10. ubi dicit, hanc esse communem opinionem idem Hippol. in sua practica, §. quoniam, 2. col. n. 2. Guido de Suza in tract. de quest. vers. sed pone, Faber in suo tract. de quest. 3. col. vers. quero, quid semel. Bald. de Periglis in tract. de quest. & tormen. 2. col. Joan. Andr. in capitulo, cum in contemplatione, de regul. jur. fin. col. 5. questione & ibi Abbas Panormitan. 2. col. 7. quest. Sed ut dixi, licet ista sit communis opinio superior magis placet, & eam sequor in presentia, & semper fecutus fui legendo & consulendo. Unum tamen est, quod si reus legitime tortus confitetur delictum, & postea ductus ad ratificandum negat, potest jultē, & licet iterum

torqueri, quia indicia non videntur purgata, nec sublata ratione negationis subsecuta. Item quia variatio, & vacillatio rei, videtur esse novum indicium ad torturam, argumento textus in l. de minore, §. plurimum, ff. de quest. & in l. ex libero, e. d. tit. rursus etiam, quia si isto casu tortura non possit repeti, sequeretur, quod materia torture esset sine aliquo effectu, quia si reus non potest iterum torqueri, semper negaret post torturam, & nunquam ratificaret confessionem, & in expresso ita tenet Bartol. in l. unius §. 1. ff. de quest. Bald. in l. bona fidei, C. de reb. cred. 2. col. in fin. Hippol. de Marfil. in d. l. repetit. ff. de q. 7. c. l. n. 11. vers. quo autem ad secundum casum, & idem disponit lex 4. in fin. tit. 30. 7. par. 1.

Juxta quod tamen se offert polchrum, & quotidianum dubium, si reus postus in tortura precedentibus legitimis indicis, & intervenientibus aliis requisitis, confessus est delictum, postea verō ductus ad ratificandum transacto debito tempore negat, & revocat confessionem, postea verō atenta ejus variatione, iterum ponitur in tortura, & confitetur delictum, & postea ductus ad ratificandum negat, & revocat confessionem, quid faciat iudex? Certē est novus casus, qui non reperitur in jure decisus sed in eo videtur dicendū, quod talis reus non debeat nec possit ultra tertiam vicem torqueri propter infinitatem, & perplexitatem evitandam, maxime in actu tam odioso, & carnali argumento textus in l. ex libero a fide, §. final. ff. de damno infesto, textus in lege fidei commissaria, §. si quis decem, ff. de leg. 3. cum similibus, facit etiam textus singularis & unicus in suo casu in cap. licet dicitur, de restibus.

Item etiam, quia tortura debet adhiberi moderatē: & hoc casu iudex aperte excederet modum, & tormentis reum perimeret, quod esse non debet, ut in lege questionis modum, ff. de quest. textus in leg. de minore, §. tormen. eodem titulo. Confirmatur etiam ex sententia notanda Bald. in cap. olim, ex literis, de rescriptis, secunda columna eisdem, Bald. in cap. finali, de consuetudine, sexta columna, numero 29. ubi dicit, quod arbitri quibus est data facultas prorogandi compromissum quotiens velint non possunt prorogari ultra tertiam vicem, quod sequitur, & valde commendat Jason in lege fin. Codic. de sacro sacr. Eccles. quinta columna, n. 17. & in terminis, licet non ita fundet istam sententiam & conclusionem s. tenet Hippolytus de Marfil. in lege repetit. ff. de quest. 3. col. n. 14. idem Hippolytus in sua practica, §. quoniam, 3. col. vers. sed successe quā potest de notabili quest.

Item quero, si reus semel, vel pluries tortus negavit delictum, vel forte est talis persona, quae de jure non potest torqueri, an iudex debeat eam diffinitivē absolvere, vel possit causam indecisam relinquere relaxando sub fidejussoribus, vel simpliciter, si eos dare non possit? Et certē est notabilis & quotidianus articulus, & clarē à jure non decisus. In quo videtur dicendum, quod hoc casu iudex possit causam indecisam relinquere, & reum sub fidejussoribus relaxare, vel simpliciter, si eos dare non possit, & erit maximus effectus, quod si postea reperiantur verā, & legitime probationes, poterit eum capere, & diffinitivē condemnare ad penam ordinariam delicti: si verō

27

28

reperiantur defensiones, & probationes innocentiā, diffinitivē eum absolvere. Secundō, quia hoc suadet ratio innocentiā querendae, vel ratio vindictae favore reipublicae, ne delicta remaneant impunita, argumento textus in leg. absterui, ff. de panis, textus in lege ita viderentur, ff. ad legem Aquil. cum similibus. Secundō & magis in specie facit textus in leg. hi qui adulterii, Cod. de adult. juncta gloss. fin. ubi habeatur, quod quidam accusabantur de adulterio, & ipsi repulerunt presumptiones quae contra eos erant defensione, & exceptione proximitatis, dicendo, se valde consanguineos & per consequens non esse verisimile eos esse culpabiles, propter quod causa remansit indecisa, & si postea contraxerunt matrimonium praesumitur retrō eos adulterasse, & possunt diffinitivē condemnari: ergo bene patet, & probatur, quod causa antea non erat diffinitivē decisa, quia aliās non possent postea condemnari: & sic aperte deducitur & inferitur, quod propter dubias probationes, poterit iudex causam indecisam relinquere, & super sedere, donec verē & realiter possit sibi liquere, & constare de culpa, vel innocentiā rei accusati vel inquisiti, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Salycet. in d. l. a lege si sibi qui adulterii, Cod. de adulter. 2. col. vers. ex ista gloss. sume consilium, idem Salyc. ubi valde commendat in leg. 3. Cod. ad leg. Jul. majest. finali quest. & ibi Angel. de Perul. idem Salycet. in l. ea quidem C. de ac. usat. penult. col. vers. sed tunc ortu dubium, Paris. de Puteo in tract. syndic. in parte, viso de repetitione torture, fin. colum. Hippolytus de Marfil. in leg. repetit. ff. de quest. plurimum, col. num. 36. ubi dicit, quod ita practicatur in tota Italia a peritissimis Iudicibus, idem Hippolytus in sua practica, §. quoniam, 8. colum. n. m. 49. Paulus Grillandus in tractatu velox. in carcerat. in rubr. de absolutioe innocentis, & ante omnes reperio idem tenere Albericum qui non allegatur, in l. d. Marcus, ff. de officio r. 1. col. m. vers. & nota. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam & conclusionem, imo tali casu iudex tenetur reum diffinitivē absolvere, vel sitem ratione iudiciorum, & praesumptionum aliqua arbi ratiā penā condemnare, & nullo modo causam indecisam relinquere. Primō per regulam generalem, quae habet quod actor, vel accusator non probante, reus debet absolvi textus est in l. actor quod esse veram, Cod. de pro. ar. textus in l. qui accusare, C. de edendo, & praedicta regula necessariō debet intelligi de plena & legitima, ex qua possit reus condemnari, quia aliās non dicitur intentio actoris, vel accusatoris fundata, sicut quando penitus nihil probavit, nec reperitur jure cautum, nec permittitur illud medium, à Doctoribus inventum. Secundō fecit textus in l. de qua re, ff. de iudic. Cuius verba sunt: De qua re iudex cognoverit, de ea quoque pronuntiare cogendus est, & ibi Glossa ordinaria, textus in l. ubi captum, ff. eod. tit. textus in auib. qui semel, Cod. quomodo & quando iud. Tertio facit textus in l. fin. ff. de col. ubi probatur, quod si reus torqueatur, & non confiteretur, nec resultat probatum delictum, debet absolvi, & ad hoc expresse notat Bald. & communiter Doctores. Quando facit, textus in e. quotiens, & c. fin. ille de pro. e. m. ubi habeatur, quod qui stantibus indicis fuerit comput-

Contra praedictam conclusionem

repe-

gatus, statim debet diffinitivē absolvi. Quinto facit ratio fundamentalis & conclusiva, quia si talis causa remaneret indecisa, reus accusatus, vel inquisitus remaneret in maximo damno, & periculo, cum esset aperta via inimicis, & sibi odiosis, ut possint quotidie super illo delicto inquietare & molestarē, quod non est permittendum, imo malitius hominum obviandum, ut in leg. §. cum quis latrones, ff. de quest. & in l. in fundo, de rei vend. & in l. 2. ff. solut. matr. & l. 1. §. denique, ff. de aqua pluviat. Sexto pro hac mea sententia & conclusione consilero novam, & expressam legem partitā in l. 16. tit. 17. ubi expresse dicit, quod si reus precedentibus legitimis indicis competenter fuit tortus, & non sit confessus delictum, debet iudex eum diffinitivē absolvere, idem etiam probat lex 4. tit. 10. 7. p. & istam eandem opinionem videtur tenere Bart. in l. fin. ff. de quest. 1. col. n. Angel. de malef. in parte, fama publica praef. in fin. & certē istam sententiam & conclusionem semper tenui legendo, & nunc firmiter teneo, fundamentaliter scribendo, & ab ea non esset recedendum in iudicando & consulendo. Nec obstat primum fundamentum pro parte contraria, quia per hoc non tollitur defensio innocentiā querendae, nec tollitur vindicta reipublicae, quia secundum probationes factas, & repertas tempore sententiae iudex debet iudicare, absolvendo, vel condemnando; non tamen potest, nec debet causam indecisam relinquere: nec obstat etiam secundum fundamentum, quod sumebant praedicti Doctores ex text. in l. si qui adulterii, 1. de acul. r. quia ille text. habet plures, & diversos intellectus, & merito non potest ad contrariam opinionem allegari, imo verus & clarus intellectus est, quod ibi durante lite & instantia adulterii, antequam rei essent condemnati, nec absoluti, contraxerunt matrimonium, unde merito fuerunt condemnati, quia ista vehemens praesumptio juncta cum aliis quae resistebant ex processu & causa, ante ipsam sententiam diffinitivam, operantur plenam probationem ad ipsam sententiam ferendam.

Item quero, an & quando testis possit torqueri in causa criminali pro egranda veritate. In quo articulo ista est brevis, & vera resolutio, quod regulariter non debet torqueri, nisi in duobus casibus, primus est quando vacillat in testimonio: secundus est, quando probatur interfuisse facto. & ipse negat, quia tunc etiam potest torqueri, ita probat textus in l. ex libero, ff. de quest. & ibi Bart. & alii Doctores, Gloss. ordinaria quae sic debet intelligi in l. unius, §. restes, eod. tit. & ibi etiam Doct. Alber. de Gandino in tract. de quest. fol. 21. in quest. an testis possit torqueri, & idem probat lex penult. 30. 7. par. & adde unum singulare, quod eo casu quo testis torqueretur pro veritate dicenda, non requiritur postea ejus ratificatio. Ita Bald. in l. fin. C. de quest. quia testis ex intervallo non potest dictum suum corrigere, ut in cap. dravea, de restibus. Sed ego teneo contrarium per argumētum ab eadem ratione, & à fortiori, de qua in ipso principali delinquenti: item per legem formalem & expressam, quae aperte hoc vult & probat, & in l. 6. tit. 30. 7. par. adde tamen, quod in causa merē civili ratio haberet locum torture, ut colligitur ex dictis iuribus, & locis, praeterquam si in ea delictum sit annexum, ut si agatur depositi, & negetur per debitorem, ita singulariter Anton. Imol. & alii Doctores, in e. gravis depositio, & Jason. in l. imperium, de

Ad argumēta contraria

Testes quando possint torqueri

*jurisdict. omn. judic. 1. col.*  
 Item quero, qualiter iudex pronunciat sententiam in criminalibus? In quo articulo resolutive dico, quod si reus venit absolvendus, pronunciat accusatore, vel iudicem ex officio procedentem non probasse intentionem suam, & ideo reum absolvit, & perpetuum silentium super illo delicto eis imponit. Si vero venit condemnatus, tunc sufficiat pronunciare eum tale delictum commisisse, licet penam non exprimat, quia censetur imposita illa, quae per legem reperitur determinata, & ideo potest illa executioni mandari: ita probat textus formalis, & expressus in leg. 1. §. nam si quidem, ff. ad Turpil. & ad hoc notat & commendat ibi Glossa ordinaria, Bart. Alber. & communiter Doct. antiqui, idem Bart. & alii Doctores in leg. iudex postquam, ff. de re iudic. Abb. & Canonistae in e. nisi specialis, de offic. legat. quod intellige, quando pro delicto reperitur a iure imposita poena certa, ut in homicidio, adulterio & simili delicto; secus vero, quando pro delicto non reperitur poena certa, & determinata, sed est arbitraria officio iudicis imponenda, quia tunc necessarium est quod exprimat in sententia, ita tenet & declarat magistraliter in d. l. 1. §. nam si quidem, ff. ad Turpil. 2. col. num. 7. Anchar. in e. de homicidio, ibi. 6. 4. col. vers. 14. nota, tutius tamen est, semper in sententia imponere, & declarare certam, & determinatam poenam pro delicto ordinario, vel arbitrario, propter maiorem claritatem, & omne dubium evitandum, & ita fit, & practicitur communiter in isto regno: item adde, quod in ferenda tali sententia criminali semper iudex debet Deum, & Dominum nostrum habere praeculis, & omnia illa quae ponit & cumulat textus in cap. 1. de sentent. & re iudic. lib. 6. & aliquando, & feret semper iudices ponunt, & inserunt illa verba in tali sententia criminali.

Item quero post sententiam diffinitivam laram in causis criminalibus, an & quando possit reus condemnatus appellare? In quo utili & quotidiano articulo, dico, quod regulariter potest appellare, modò sit convictus per confessionem propriam tantum modò per testes tantum: textus in leg. 1. & per totum, ff. de appellation. textus in leg. 1. & per totum, Cod. eodem tit. textus in leg. 1. & per totum, tit. 23. 2. p. & in tantum hoc est verum, ut procedat, & habeat locum etiam in gravissimo delicto laesae maiestatis, vel quolibet alio, nisi lege reperitur prohibitum: ita probat text. iuncta Glossa ordinaria in l. Panthoni, §. rei perduellionis, ff. de acquir. heredit. quam ibi ad hoc summè notat & commendat Aretinus, & alii Doctores, & illam ad hoc reputat singularem Nicol. de Neapol. in §. publica autem, in §. de publ. iudic. 1. col. Augustinus de Arimino in addit. ad Angel. de malefic. in parte praesente Cajo, & appellante, 4. col. super versiculo, & not. Et ista est vera, & communis opinio, & semper tenenda, licet Romanus expressè teneat contrarium in dicto, §. rei perduellionis, per aliqua fundamenta, & similiter Angel. de malefic. in parte praesente Cajo, & appellante, 4. col. num. versiculo, & nota. Item etiam in tantum hoc est verum, ut quilibet de populo apud eum extraneus possit pro reo condemnato appellare sine mandato, etiam si ipse velit acquiescere sententiae, & illam approbare, textus est singularis in iure in leg. non tantum, ff. de appellat. & ibi notat & commendat Glossa ordinaria, Bartol. Alber.

30 Iudex qualiter pronunciat sententiam in criminalibus.

31 Reus quando possit appellare post sententiam diffinitivam.

Reo invito liber de populo appellare.

Angel. & communiter Doctores, text. in l. additio, Cod. de appellat. textus in l. additio, C. de Episcop. condit & idem disponit lex 6. tit. 23. 3. part. licet in uno corrigat vig. commune in quantum vulg. quod si consanguineus acquiescit sententiae, non possit extraneus appellare, sed consanguineus ejus; & jam iste casus mihi contigit dum essem advocatus pauperum, quia fuit quidam condemnatus ad mortem prolevi furto, & vix potui consequi à condemnato, ut appellaret, imò libenter volebat acquiescere sententiae & volebam uti remedio praedicta legis, non tantum, vel partes, inquirendo consanguineum, & tandem maximo labore, & persuasione feci eum appellare, & ex eiusdem actis fuit revocata sententia, & absolutus à poena mortis. & quadam levi poena arbitraria condemnatus. Item etiam in tantum hoc est verum, quod potest reus condemnatus, vel alius pro eo appellare, quod si post appellationem interpositam iudex de facto velit procedere ad executionem sententiae potest licite ei de facto, & manu armata resisti per consanguineos vel amicos ipsius condemnati, quia per appellationem ablata est iurisdicção iudicis à quo, & censetur privata persona: ita singulariter tenet Innoc. in cap. si quando, de offic. delegati, & ibi Abbas Panorm. 1. col. n. 2. reputans esse valde notandum, & communiter alii Doct. & Bald. ubi valde commendat in l. aditos, C. de Episc. aud. 1. col. num. 2. idem Bald. in l. us vim, ff. de iustit. & iur. 3. coll. 7. 9. & ibi alii Doct. Cynus in l. 1. C. unde vi fin. col. & quest. Ang. de malef. in parte fama publica procedente, versic. 2. quero, & ibi ejus additionator, Ang. in parte Cajo, & appellante, versic. quid autem, & ibi ejus additionator, Jas. ubi reputat singulare in §. penales, Instit. de del. 27. col. n. 108. Hippol. de Marfil. in sua practica, §. diligenter, n. 53. Paris. de puteo in practica syndacatus, in parte resistentia, fo. 100. facit etiam text. in l. prohibitorium, C. de in e. fit is ubi habetur, quod officiali excedenti in officio potest resisti, & ibi notat Ba. t. Plat. Quod tamen limita & intellige, quando reus condemnatus est convictus per solam confessionem, vel per solos testes: secus tamen est quando esset convictus tamen per confessionem, quam per testes, quia tunc non potest appellare; textus est singularis in iure in l. 1. C. quorum appell. non recip. & ibi notat Gloss. ordinaria, Odofr. Alb. Bald. Angel. Salye. & licet illa lex loquatur in quinque criminibus tantum, de quibus ibi, tamen gratia exempli loquitur in eis, nam idem est in quibuscumque aliis criminibus, & similiter in omnibus causis civilibus; quia convictus per confessionem, & per testes non potest appellare, & in expresso ita tenet ibi Glossa ordinaria, Bart. & alii Doct. in l. constitutiones, eod. tit. Secundo, limita & intellige praeterquam in crimine heresis, quia in eo condemnatus non potest appellare, textus est in e. ut inquisitionis, de haer. lib. 6. quod tamen intellige in sententia diffinitiva, secus vero in interlocutoria quia ab ea bene potest appellari: ita tenet & declarat ibi Joan. Andr. Arch. Anch. Domin. Imol. in e. ea que, de rescript. Fel. in l. fin. ad abolendam, de haer. 2. col. Confirmatur ex text. in l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minor. ubi habetur, quod licet minor non restituatur à facto principali, tamen bene potest restituui in emergentibus & accessoriis, ex quo inferit ibi Bald. post Guil. & anti-

Causa notabilis.

Limita 1.

Limita 2.

quos, quod si caveatur lege vel statuto, quod in aliquo casu non habeat locum appellatio, debet intelligi, quod ad decisionem totius litis, & causa per se, non tamen in interlocutoria, vel actio, & similibus non derimit, quia tale gravamen non speratur reparari post diffinitivam sententiam, cum ab ea non possit appellari, & hoc reputat singulare Bald. in l. post sententiam, C. de sentent. & interloc. omn. jud. 2. col. in medio. Tertiò limita, & intellige praeterquam in crimine falsae monetae, quia in eo non appellatur, text. in l. 1. versic. appellandi, C. de falsa moneta, & ibi Glossa ordinaria, text. in l. 2. eod. Tit. & idem disponit l. 16. tit. 23. 3. p. Quarta limita, & intellige praeterquam in crimine raptus virginis, vel honestae mulieris, text. est in l. unica, C. de raptu virgin. & ibi communiter Doct. & idem disponit lex 16. tit. 23. 3. p. Quinta limita & intellige praeterquam in quocumque crimine violentiae super aliqua re vel possessione, text. est in l. si quando, C. ad l. Jul. de vi, & ibi communiter Doct. Sextò limita, & intellige praeterquam in publico & famoso latrone, text. est in l. constitutiones, ff. de appell. & ibi communiter Doct. Septimò limita, & intellige praeterquam in seditioso & concitato, text. est in d. l. constitutiones, ff. de appell. textus in l. si quis filio, §. bi autem, ff. de iustit. rupo. & utrobique communiter Doct. Octavò limita, & intellige praeterquam in homicidio commisso proditorie vel alevese, ita disponit text. mihi singularis in d. l. 16. tit. 23. 3. part. Nondò limita & intellige praeterquam in delicto nefario contra naturam, quia in eo proceditur sicut in crimine laesae maiestatis. Item etiam quia militat eadem ratio, & multò major quam aliis criminibus hic positus, & determinatis.

Dubium tamen necessarium, & quotidianum est, si in casibus superioribus, & similibus, in quibus non admittitur appellatio, reus condemnatus appellavit, & iudex admittit appellationem ex ignorantia juris, vel ex propria voluntate an possit iudex qui tulit sententiam, eam executioni mandare: In quo articulo breviter, & resolutive dico quod non potest exequi sententiam, sed teneret distitit, & admittere appellationem, & causam ad superiorem remittere, quia statim ac appellationem admittit, abdicavit se omnem iurisdictionem in illa causa, & devolvit iurisdictionem, & tota causa ad superiorem, & in expresso istam sententiam & conclusionem probat textus in cap. cum appellationibus, firmiter, de appellat. lib. 6. & ibi notat & commendat Joan. Andr. Domin. Anchar. & per illum textum ita tenet Ang. de Perus. Joan. de Imol. & alii Doct. in l. constitutiones, ff. de appell. Bald. in l. unica, C. de confessio. 6. col. in fin. n. 24. idem Bald. in l. post sententiam, C. de sent. & interloc. omn. judic. 2. col. vers. pon. Roman. in l. Panthoni, §. rei perduellionis, ff. de acquir. heredit. 2. col. in medio, ubi reputat singulare August. de Arimino in addit. ad Angel. de malef. in parte praesente Cajo, & appellante, §. col. Jas. ubi reputat singulare in l. par. finit. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. 2. col. n. 11. Quod tene menti, quia certè est notabile, quotidianum in practica.

Item quero, quo tempore accusatus, vel inquisitus probaret innocentiam, & defensionem suam? In quo articulo utili, & quotidiano resolutive dico, quod in quolibet parte litis, usque ad realem executionem sententiae poterit eam

probare. Nam primò poterit probare innocentiam, & defensionem suam in termino probatorio partibus concessio, & assignato per iudicem in sententia interlocutoria ad probationem faciendam, cum ille terminus requiratur pro causa cognitione, & sit communis utrique parti, text. est in l. iudic. C. de iud. text. in l. 1. & per tot. C. de dilat. text. in l. prolatum, C. de sententia, & interloc. omnium iudicum, text. in l. petenda in fine, C. de temporib. in integrum restit. peten. & utrobique communiter Doct. Secundo poterit probare innocentiam, & defensionem suam post lapsum termini probatorii, imò etiam post publicationem testium, & conclusionem in causa, quia defensio est adeò privilegiata, & iure permessa, quod timor subordinationis non debet eam excludere; ex quo deducitur, & inferitur, quod in causis criminalibus conclusio facta à partibus, non tollit probationem, ita probat textus notabilis in l. unus, §. cogiturum, versic. quomodo, ff. de quest. & ibi Glossa ordinaria, Bart. Alb. & communiter Doct. idem Bart. in l. 1. §. si quis ultro, eod. tit. & ibi alii Doct. idem Bart. in l. divi fratres, ff. de pen. Salye. in l. si. C. de quest. fin. col. Bald. in l. ea quidem, C. de accusat. antepen. col. n. 56. Felin. in e. cum clamor, de testib. 3. col. vers. & solas. Tertiò poterit probare innocentiam, & defensionem suam, si talis reus accusatus, vel inquisitus renunciat defensionibus suis, & termino probatorio sibi assignato, quia talis renunciatio non valet, nec tendit in praedictum personae vel status, argumento text. in l. liber homo, ff. ad l. Aquil. text. in l. lege Cornelia, §. fin. ff. ad leg. Corn. de sicar. text. in l. cum autem, excipium, ff. de adul. edict. text. in l. omnes, §. qui se, ff. de re mil. text. in l. non tantum, ff. de appell. text. in 3. & 4. ff. de liber. caus. text. in l. nec se volent, & in l. interrogatam, C. eod. tit. & in expresso isto fundamento, & ratione ita tenet Gloss. singularis in iure, in l. pactum inter heredes, ff. de pactis, in gloss. finali, & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Bald. Ang. Paul. Jason. & communiter Doct. & illam Gloss. reputat singularem Bald. in l. un. C. de confessio, 15. col. n. 60. idem Bald. in cap. 1. §. porò qualiter fundum alienar possit, 1. col. n. 1. idem Bald. in e. non ab homine, de iudic. fin. col. idem Bald. in e. cum venisset, de testibus, idem Bald. in cap. pastorali, de except. 3. col. n. 21. idem Bald. in authent. subemus, C. de iudic. & ibi Jas. 2. col. n. 8. & illam Glossam reputat unicam Bald. in cap. quoniam, contra falsam, de probat. pen. col. n. 63. Imol. in leg. custodias, ff. de publ. iud. 2. col. Jas. in l. si quis in conscribendo, C. de pactis, 6. col. n. 17. Felin. in e. contingit, de sentent. excusation. 2. col. in medio. Angel. de malef. in parte qui iudex statim terminum, 2. col. & ibi ejus additionator, Paris. de Puteo in tractatu syndacatus, in parte an potestas, fol. 82. h. Hippolytus, de Marfil. in l. 1. §. qui, ff. de quest. antepen. col. n. 63. idem Hippolytus, in sua practica, §. examinanda. Ex quo iudices debent esse cauti, & sumere optimum consilium in practica, quod in crimine semper assignent terminum competentem partibus ad intentionem suam fundandam; & licet reus accusatus, vel inquisitus renunciet, ut quotidie faciunt, praedicto termino probatorio, non admittat talem renunciationem sed patiatur terminum sibi qui in defensionem suam possit facere, nam aliàs injustè condemnaretur, quod intelligo, quando pro delicto veniret imponenda poena

Iudex non debet admittere renunciationem termini probatorii.

mortis, vel corporalis; secus vero si pecuniaria, vel relegationis, quia tunc valet renunciatio, & argumentum textus & ejus regula in l. si quis in conferendo, C. de pallio cum similibus; & in terminis ita tenet & declarat Joan. de Imol. in l. castidat, ff. de pub. jud. 2. col. in medio, & ita semper practicavi in causis pauperum. Quarto poterit talis reus accusatus, vel inquisitus probare innocentiam, & defensionem suam etiam post sententiam diffinitivam contra eum latam, quando per evidentiam facti hoc possit constare, & hoc per officium judicis, non tamen ad instantiam partis, text. est singularis & unicus in l. 1. §. si quis ultro, ff. de quest. & ibi notat & commendat Bart. Alber. & communiter Doct. idem Bart. in l. fin. ff. de sevit. fin. col. idem Bart. in l. si maritus, la. 2. §. proseripcionex, ff. de adult. idem Bart. in l. libellorum, §. fin. ff. de accus. 1. col. n. 4. idem Bart. in consi. 107. a. col. Bald. in l. cum pretium, C. de liber. caus. in fin. Salycet, ubi reputat singulare in l. 2. C. de requir. reis 2. col. n. 2. idem Salyc. in l. fin. C. d. q. fin. col. in medio, probat etiam text. in d. l. dicit fratre, ff. ad pen. 2. & ibi notat Bart. Alber. & communiter Doctores; unum tamen est quod licet in casibus superioribus talis reus accusatus vel inquisitus, possit innocentiam & defensionem suam, quolibet modo & via legitima & ordinaria probare, tamen isto quarto & ultimo casu non possit nisi per evidentiam facti probando negativam, quæ arguat, & ostendat non esse delictum commissum, ut quia verè, & realiter probat hominem, qui sic dicebatur interfecit vivere, vel quod id simile, & in terminis & quidem subtiliter ita probat textus in d. l. §. si quis ultro, per me sic ponderatus & intellectus. Nec obstat textus in l. 4. ff. de confessor. ubi habetur, quod si quis confiteatur servum alterius occidisse, ex tali confessione debet condemnari, licet non occiderit, & evidenter probetur contrarium, quia debet intelligi, quando contra eum agitur civiliter actione legis Agnitiæ; secus vero si criminaliter, ut in nostro casu & materia, & ita tenet ibi Alber. Angel. & communiter Doct. probat etiam text. in l. imae Nervius, §. fin. ff. ad leg. Agni. textus in l. confessoribus, ff. de interrog. act. & idem disponit l. 3. tit. 13. part. Advertendum tamen, quod in isto quarto & ultimo casu, quando constat de innocentia ipsius rei per evidentiam facti post sententiam; non poterit ipse iudex qui tulit sententiam eam revocare, sed super se debet executioni & rescribitur principi, ut reum absolvat, & revocet sententiam, textus est in d. l. 1. §. si quis ultro, ff. de quest. in fine, & ibi summè notat Bart. & communiter Doct. Salyc. in l. §. si severior, C. quibus ex causis infam. irrog. 3. col. & ibi Paul. fin. col. idem Paul. in l. quid ego, §. poma gravior, ff. de his qui not. infam. fin. col. Salyc. in l. unica, C. de confessor. 7. col. n. 23. idem etiam probat textus in l. morti, §. sed enim, versic. & si forte, ff. de pœnis, textus in l. dicit fratre, eod. tit. Sed hodie in nostro regno hoc casu bene possit impleri iudex, qui sententiam tulit eam revocare, etiam in consilio principis; ita determinat nova & singularis lex parisi. 4. tit. 7. p. in quantum dicit; et valde quitur; nec obstat si dicas, quod illa potest intelligi, quod suspendatur executio, quis ex verbis ejus aperte constat velle, quod reus diffinitivè absolvarit, & iudex revocet sententiam.

34. Circa predicta tamen se offert pulchrum, &

quotidianum dubium, an iudex in criminalibus possit inducere, & recipere testes in qualibet parte litis ad offensam & punitionem rei. In quo notabiliter, & resolutivè dico, quod iudex, si procedat per viam accusationis, & per viam inquisitionis, potest in qualibet parte litis usque ab sententiam diffinitivam, durante termino probatorio, vel eo finito, & adhuc post publicationem, & conclusionem in causa ex officio suo inducere, & recipere testes, & omnes alias probationes ad offensam, & punitionem ipsius rei delinquentis. Primò, quia sicut iudex potest ex officio in totum procedere & vicem accusatoris, sustinere, ut supra dictum est, ita poterit partem & sic accusatorem coadjuvare, & testes, & probationes in qualibet parte litis recipere, favore reipublice, ne delicta remaneant impunita. Secundò quia in iudice cessat timor subornationis ut in e. cum clamore, de testibus, & ibi Innoc. & communiter Doctores. Tertio, quia alias facilliter possit dari collusio inter accusatorem, & accusatum, & venire ipse reus liberandus, in grave damnum, & præjudicium reipublice. Quarto facit textus notabilis in l. 2. C. de abolitionibus ubi habetur, quod si accusator renunciat, vel desistit ab accusatione, iudex potest supplere defectum partis, & procedere ex officio suo contra ipsum delinquentem, & in expresso per prædicta fundamenta istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in l. 1. §. si quis ultro, ff. de quest. 1. col. vers. nota tria mirabilia, idem Bart. in l. unius, §. 1. rod. n. idem Bart. in l. 1. §. si publica, §. de adul. §. colum. n. 13. idem Bartol. in l. si maritus, §. 1. eod. tit. 2. col. idem Bartol. in l. 2. Cod. de al. bit. & ibi Salyc. idem Bart. in auctor. qui tenet, C. de probat. p. n. l. col. n. 32. idem Bart. in l. 4. §. Loc. autem judicium, ff. de damno infecto, 2. col. n. 4. q. idem Bart. latius, & melius quàm alibi in questionibus suis, quest. 12. Bald. in l. ea quidem, C. de accusat. p. n. l. col. n. 36. Salyc. in l. qui de crimine, eodem tit. penultima colum. n. 32. idem Salyc. in l. fin. C. de quest. fin. col. Ang. de malef. in parte comp. v. n. dicit inquisit. & v. g. v. n. r. totum, gen. colum. vers. & etiam tenet in n. 1. idem Ang. in parte qui iudex dicitur in accusa publicavit, 1. colum. vers. advertit. Hippolyt. de Marfil. in d. l. 1. §. si quis ultro, ff. de quest. 1. col. n. 6. idem Hippolyt. in sua practica, §. sequens, 2. colum. n. 7. Anch. in c. v. n. r. §. carere, de elect. lib. 6. fin. colum. 3. Anan. in c. 1. de collusione detegendo, 3. colum. vers. ex prædictis §. Felin. in e. cum clamore, de testibus, 2. colum. vers. & hoc præcedit.

Item quæro, an post latam sententiam diffinitivam, quæ transit in rem judicatam, in his causis criminalibus sit statim mandanda executio? & breviter dico, quod sic, adeo quod licet condemnatus dicat & asserat se aliquid habere revelandum principi tangens ejus personam, statum, & saltem non debet differri, text. est singularis in iure in l. si quis forte, ff. de pœnis, & ibi Bart. Alber. Angel. probat etiam in l. cum reis, C. eod. tit. & talis executio debet fieri publicè, & de die, & non de nocte, ut sibi sit supplicium, & aliis exemplum, text. est in l. capitalium, §. famosus, ff. de pœnis, & idem disponit l. 3. tit. 2. 7. §. p. & l. fin. tit. 31. 7. p. Item adde, quod debet fieri in loco deputato, & consueto, non vero in alio, ita probat text. in l. ten. ff. de justitia, & iuris, & ibi communiter Doctores. adde tamen, quod aliquando propter gravitatem criminis, &

Quolibet tempore litis semper poterit recipi testes.

Executio sententie non debet differri quavis dicat reus quod habet aliquid quod dicat principi.

ejus exaggerationem, & terrorem aliorum, potest iudex in proprio loco ubi delictum est commissum executionem facere, & ibi erigere, furcam, & delinquentem suspendere: ita probat text. formalis, & expressus in d. l. capitalium, §. famosus, ff. de pœn. ubi disponitur, quod publici latrones suspenduntur in locis ubi grassati sunt, & ibi communiter Doct. probat etiam textus in l. 1. Cod. de Nili ageribus non rumpendis, & ibi notat Baldus, & alii Doctores. tenet etiam Angel. de malef. ubi semel practica esse in parte usque ad locum iustitiæ conluctum & certè ita practicatur in nostro regno.

36. Sententia diffinitiva quando possit suscipi, & revocari. Casus 1.

Item quæro, an, & quando sententia diffinitiva quæ transit in rem judicatam, & executio possit revocari, vel saltem suspendi? In quo notabili & utili articulo resolutivè dico, quod in sequentibus casibus bene potest suspendi. Primus est quando post sententiam diffinitivam constat de innocentia ipsius rei, quia tunc suspenditur executio, & rescribitur esse in principi, ut tanquam superior revocet sententiam, ipse tamen iudex, quia cum tunc non potest revocare, cum jam functus sit officio suo, text. est formalis, & expressus in l. §. si quis ultro, ff. de quest. & supra dictum est: Circa quod tamen est addendum, quod si iudex processit ad executionem contra reum condemnatum, quia plene erat delictum probatum, & postea verè & realiter constet de innocentia ejus, & alium fuisse homicidam, & culpabilem in delicto, per hoc non liberatur verus homicida vel delinquens, sed iuste debet per iudicem condemnari, & pena ordinari puniri: ita probat text. singularis & unicus in iure in l. qui servum, ff. de interrog. act. ubi habetur, quod si quis confessus est se hominem occidisse, & saltem testimonium contra se tulit, quia nunquam occidit nec vulneravit, per hoc non liberatur verus homicida, & delinquens, qui delictum commisit, sed omnino tenetur, & potest, & debet pena ordinari condemnari: & ad hoc notat & commendat ibi Bald. Fulg. Jacob. de Sanct. Georg. & alii Doct. Bald. in l. 2. C. quibus res judic. non. fin. col. & quest. idem Bald. in c. 1. §. in pœnia, de pace firmam. penult. colum. in usib. fendorum, Salycet. in l. unico, Cod. de confessor. 7. colum. n. 24. Paulus de Castro in l. fin. §. hoc iudicium, ff. ne quis eum qui in ius vocatus est vi. exi. Angel. de Imola in l. quiens, §. fin. ff. solut. matr. Roman. in l. semel mora, eodem tit. 2. col. n. 11. Jaf. ubi reputat illum textum singularem in l. error, C. de iuris, & facti ignoram. Abbas Panorm. in e. quamvis de iudic. 3. col. n. 6. Angel. de malef. in parte Andream auxiliatorem, 4. col. & in parte danis & solventis, secunda col. Paris. de Puteo in tr. Syndicatus in parte confessor. 1. col. n. 4. Hippol. de Marfil. in l. 1. ff. ad l. Cornel. de scar. n. 14. idem Hippol. in l. 2. §. si quis ultro, ff. de quest. 13. col. n. 53. Bald. ubi dicit se hoc vidisse de facto in practica, in cons. suis, cons. 515. §. 20.

Casus 2.

Secundus casus est, quando condemnatus fuit procurator, gestor, vel administrator bonorum alterius, quia si dominus preat, quod reddantur sibi rationes administrationis, debet suspendi executio ipsius condemnati, donec sibi reddantur; ita probat textus singularis in iure in l. 2. C. de bonis profer. ubi habetur, quod si servus administrabat peculium domini, & fuit condemnatus ad mortem, debet suspendi executio, donec reddat rationes, & ad hoc notat & commendat ibi

Odofred. Bart. Cyn. Bald. Angel. Salyc. & communiter alii Doctores notat etiam & commendat Paulus de Castro in l. si cognati, C. de negot. gest. idem Paulus in l. si maritus la. 1. ff. soluto matr. Florianus in l. Pomponius scribi, ff. famul. evicse. Jaf. in l. debitoribus, ff. de re jud. pen. col. num. 15. Abbas in c. v. n. r. de accusat. 2. colum. Angel. de mal. fin. parte, & ibi caput à spat. lis amputatur, 1. 1. colum. vers. scilicet, quare aliquis est damnatus, & ibi ejus addicator, Paris. de Puteo in trall. Syndic. in parte, an si iudex 2. col. Hippolytus de Marfil. in sua practica, §. oportune 2. col. Capolla in cautelis suis, cautela 3. versic. si vis differre mortem, probat etiam textus in l. servo legato, §. si fundus, versic. servus, ff. de lega. 1. & ibi notat Cynus, & alii Doctores, notat etiam, & commendat Bart. Bald. Alber. Ang. Imol. Paul. Cuman. Jaf. & communiter Doct. in l. servus unicus, col. tit. probat etiam text. in l. unica, §. fin. in rem servus ratiociniis, §. postius est, Cod. de comm. ser. man. & ibi notat Bald. 1. col. n. 4. & alii Doctores. quod tamen intellige, quando dilatio esset modica, & brevi tempore possent reddi rationes, secus verò aliàs quia tunc non differret executio favore reipublice, argumento text. in l. in unum, §. ad l. Agni. & l. provincialium, C. de sevit. & in terminis ita tenet, & declarat Bart. in l. 2. §. 1. ff. de custod. reor. 2. col. in medio, cum quo transeunt ceteri Doct.

Casus 3.

Tertius casus est, quando reus condemnatus esset peritissimus, & insignis in arte sua, quia tunc suspenditur executio, imò revocatur sententia, & imponitur minor pena consulto principis, non aliàs, quia reputatur utilis reipublice: text. est l. singularis in iure in l. ad bestias, ff. de pœnis. Cujus verba sunt: (Ad bestias damnatos favori populi dimittere præles non debet, sed si ejus roboris, vel artificii sint, ut dignus populo Romano exhiberi possint, principem consulere debet, & ad hoc notat & commendat ibi Dynus Bart. Alber. Angel. & ad hoc reputat singularem Paris. de Puteo in trall. Syndicatus in parte an si tempore officialis, Hippol. de Marfil. in sua practica, §. oportune, 2. col. n. 6. Capolla in cautelis suis, cautela 2. & idem expresse disponit l. 2. tit. 32. 7. part. Quod notabiliter extendit, ut procedat, & habeat locum etiam in tortura quia talis persona peritissima, & insignis in arte sua non possit torqueri eadem causa, & ratione, quia ex tortura facilliter possit sequi mors, ut in l. aut damnus, §. quamvis, ff. de pœnis, & in terminis ita tenet Hippol. Marfil. in l. dicitur, ff. de quest. 2. col. n. 11.

\* Et intelligo peritissimum, insignem & excellentem in arte sua, in populo vel republica illa ubi domicilium habebat, non vero in alia; argumento text. in d. l. ad bestias: item intelligo quod in probanda ista dignitate, vel excellentia sufficiat probatio ordinaria per unum testem; argument. text. in l. ubi numerus nec obstat text. singul. in iure in l. unicus, C. de proximis sacerorum sarrinorum lib. 12. ubi disponitur, quod in probanda dignitate, excellentia, vel prerogativa, per quam junior miles preferatur alteri, requiritur probatio per 15. testes, & ibi notat & commendat Doctores. quia loquitur & procedit, quando tractatur de preferendo juniore antiquiori, & præjudicio sui juris jam questui.\*

Quartus casus est, quando mulier prægnans esset condemnata ad penam mortis, vel corporalem;

Casus 4.

ralem, quia tunc suspenditur executio, donec pariat, propter periculum partus; quia sicut filius iam natus non debet puniri propter delictum patris, vel matris, ita nec posthumus, textus est in l. *pregnans*, ff. de *pa. is*. Cujus verba sunt: *Pregnans mulier consumenda damnata poena differunt q. oad pariat*, & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, text. in l. *Imperator*, la 2. ff. de *statu hominum*, text. singularis & unicus in suo casu in l. 1. ff. de *mortuo inferendo*. Ubi habetur, quod si mulier *pregnans* moriatur, non debet sepeliri antequam partus ei excidatur, & ibi notat & commendat Glossa ordinaria & communiter Doctores, & reputat singularem & unicum Alb. & idem disponit lege *in. sit. 3. 7. part. 1. 2. sit. 5. 4. fol. 100.* Quod extendit, ut procedat, & habeat locum etiam in tortura, ut similiter talis mulier *pregnans* non possit torqueri, antequam pariat, quia eadem est ratio: textus est in d. l. *pregnans in sine*. Cujus verba sunt: *Ego quidem, & ne questio de ea habeatur scio observari, quam d. n. *pregnans* est*, & ibi Glossa ordinaria & communiter Doct. Item extendit, ut procedat & habeat locum etiam in qualibet alia poena corporali, ut flagellorum, vel simili poena afflictiva, quia eadem est ratio. Rursus aliam extendit in poena relegationis, si verisimiliter causetur aliquod periculum in partu, quia mulier est debilis, non solita iter facere, argumento predictorum jurum, & argumento textus in l. 2. s. *si non propter*, ff. *si quis cautionem*. Ita Bart. post Guilier. in d. l. *Imperator*, ff. de *statu hominum*, & ibi Albericus & Baldus. Confirmatur ex sententia & doctrina Hostiens. Joann. Andreæ, & aliorum Doctorum in capitulo 3. de *paribus qui filios occiderunt*, ubi dicitur quod quando mulier est *pregnans*, non est ei injungenda poenitentia abstinentie, vel peregrinationis, per quam possit causari periculum in partu. Finaliter etiam extendit, quod si talis mulier concepisset dolose, & fraudulentè causâ evitandæ poenæ vel torturæ, ita singulariter Bald. in d. l. *Imperator*, la 2. ff. de *statu hominum*, 2. *lectura* 1. col. Cui assentio, quia hoc privilegium & suspensio executionis, non sit causâ mulieris, sed causâ partus, licet contrarium tebeat idem Bald. in l. 2. s. *numquam*, ff. de *execu. tutor*. Quare tamen pro intelligencia predictorum, an post partum statim debeat fieri executio, vel si expectandum aliquod tempus convalescentiæ? In quo dico, quod eo casu quo est condemnata ad mortem naturalem, & statim potest fieri executio, quia cessat ratio suspensionis: si verò est condemnata ad aliam poenam corporalem, vel torturam, debet differri per aliquod tempus donec sit fortis, & in ea valetudine, ut possit eam sine periculo pari, quia militat eadem ratio; ita tenet & declarat Dynus, Bartol. & communiter Doct. in l. *pregnans*, ff. de *paenis*, idem Bart. & communiter Doct. in d. l. *Imperator*, la 2. ff. de *statu hominum*. Item adde quod si filius natus habet unde possit alimentari, debet quæri nutrix, quæ ipsum alar suis expensis; si verò non habeat bona, & non reperitur nutrix, quæ gratis faciat, tunc debet solvi de publico, argumento textus in l. *mulier in opus salinatum*, ff. de *capitulis*, text. in l. *ut vultem*, C. de *statutis*, & in *magin*, text. in l. 1. & per te-

Amplia 1.

Amplia 2.

Amplia 3.

Amplia 4.

Sententia an debeat statim post partum mandari executio.

rum, C. *quibus ex caus. ser. oro pre. liber. accip.* text. in *fin. ff. de iustitia & iure*. Et eorum quæ ibi notat Bart. & communiter Doctores, ubi dicunt, quod potest de publico dari præmium capienti malefactorem. Si verò non reperitur nutrix pretio, nec gratis, ipsa mater condemnata debet servari, & executio sententiæ suspendi, quia eadem est ratio in conservando filio jam nato, quæ erat in liberando, quando erat in ventre, ita etiam tenet Oldradus, Bart. & communiter Doct. in d. l. *pregnans*, ff. de *paenis*, idem Bart. & communiter Doct. in d. l. *Imperator*, la 2. ff. de *statu hominum*. Ananias & communiter Canonistæ in capitulo 2. de *parib. quisi*. Hipp. in *su. practica*, s. *num videndum*, antepen. col. n. 47. Unum tamen est, quod cum *pregnante* bene potest agitari processus, & jurare, & deponere tanquam pars vel testis, nisi sit periculum partus, quia ad hoc ducitur de longè, & fertur sententia condemnatoria, licet differatur executio, ut aperte probant prædicta jura & communiter Doct.

\* Nam cum jura tantum disponant, quod executio differatur, ergo aperte volunt & permittunt sententiam definitivam ferri, & merito causæ & processus agitari, & per consequens juramentum calumnie de veritate dicenda, subire, vel tanquam testis in qualibet causâ deponere, quia ibi non subest periculum partus, nisi de longè ducatur ad testificandum & in terminis, ita tenet Bald. in l. *Imperator*, la 2. ff. de *statu hominum*, & ibi Doct. Florianus in l. *univ. ff. de restit.* \*

Quintus casus est, quando reus condemnatus velit accipere in uxorem aliquam meretricem existentem in lupanari, quia per hoc videtur sibi remittenda poena, argumento text. in c. *ter opera*, de *spous.* ubi habetur, quod ille qui extraxit meretricem de lupanari, & eam duxit in uxorem, exercuit actum maximæ charitatis, & prodest sibi in remissionem peccatorum; & per illum textum aliquando fuit ita practicum in isto regno, ut dicit & refert Paris. de Puteo in *tract. Syndic. in parte an si iudex*, fol. 116. Et quævisi à petitis iudicibus, qui idem mihi dixerunt. Sed iste casus non est verus nec tenendus, quia non reperitur iure cautum: item quia tenderet in grave præjudicium reipublicæ, quia viles ribaldi, & infamæ quotidie delinquerent, sperantes veniam ducendo meretrices in uxores. Nec obstat text. in d. c. *inter opera*, quia fateor, quod si qui ducat meretricem in uxorem, exercet actum charitatis, & misericordie, ut proficit ad salutem animæ, & remissionem peccatorum, sicut si exerceret quemlibet alium actum charitatis, non tamen per hoc liberatur in foro judiciali à poena corporali pro delicto, in præjudicium partis offensæ, & reipublicæ; & in m. terminis ita tenet Paris. de Puteo in dicto loco, & Petrus de Bernia in *additionibus ad Jacob. Bart. in l. 1. raptores*, C. de *Episc. & Cleric.* in col. & *quæst.* ubi dicit, quod fuit de hoc consultus Andegavi in facti contingencia, dum quidam ad furcas duceretur, & à meretrice peteretur, & respondit, quod non erat amittendus, nec relaxandus, & ita statim fuit suspensus, & sententia executioni mandata.

Sextus casus est, quando reus condemnatus tempore quo suspendebatur cecidit in terram sanas, & illasque laqueo fracto, quia attribuendum est miraculo, & executio suspenditur, & rex vel principes super hoc consulendus est, quia ea quæ raro, & insolite accidunt, contra ea quæ natu-

Casus 5.

Contra prædictum casum.

Casus 6. & notabilis.

naturaliter sunt disposita, potius miraculo, quam alii facto attribuentur sunt, & non sunt sub lege, ut in *cap. isid.* vers. *sed dicit de veniunt*. & in *c. licet de reg. litem etiam*, quia in dubio sanctius est innocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare, ut in l. *abstemium*, ff. de *paenis*, cum *similibus*. Unde in hoc dubio iustius, & rectius erit executionem suspendere, quam fortè veritati, & signo miraculi resistere. Item quia, ut refert scriptura sacra ex precibus Beate Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum, hoc ita contigisse & quosdam liberatos esse, & quod hoc casu princeps consulatur, probat bene textus in l. 1. s. *si quis ultro*, ff. de *quæst.* & in hoc residuo in terminis: ita tenet Lucas de Penna in l. 1. C. de *desertionibus*, 6. *columna*, vers. *de pone*, quod *damnatur*, Paris. de Puteo in *tr. Syndicatus in parte an si iudex*, pen. col. & Philipp. Dec. in *regula favorabiliores*, ff. de *reg. iuris*, in col.

Casus 7. Septimus casus est, quando reus condemnatus aliquam accusationem contra aliquem proposuerat: quia suspenditur executio, donec etiam perficiat & usque in finem perducatur, ita probat text. capitalis in l. *is qui tenet*, ff. de *publ. iud.* & ibi notat Bart. 3. col. n. 7. & communiter Doctores, Ubi omnino vide de veritate.

38 Casus 8. Octavus casus est, per indulgentiam & remissionem principis, quia si rex, vel princeps remittat poenam delinquenti liberatur à tota poena, text. est in l. 1. & per totum, C. de *sen. pass.* text. in l. *fin. C. de general. abolitione*, text. in l. 1. s. *de qua autem*, ff. de *postulando*. Et talis remissio potest per principem fieri dupliciter; primò generaliter remittendo poenam delinquentibus, accusatis, inquisitis, vel condemnatis propter publicam lætitiâ, vel aliquem prosperum successum navitatis filii, vel victoriam vel similem causam. Secundo particulariter remittendo poenam alicui ex aliquo privilegio, gratia, & beneficio particulari, text. est in l. *generalis*, C. de *sen. par.* & ibi communiter Doctores. Et idem dicitur lex 1. tit. 3. 2. 7. *part.* & quæ forma in hoc habeatur vide l. 1. tit. 11. lib. 1. ordin. Et adde, quod hoc potest facere cum bona conscientia; quando non est pars, quæ accuset & quando remissio non tendit in grave detrimentum reipublicæ, quia aliàs non potest princeps remittere cum bona conscientia: ita S. Thomas in *secunda secunda q. 67. art. 4.* quem omnino vide.

Remissio quando non prodest. Item adde, quod si delictum sit qualificatum, puta actum proditoricè, vel alevoce, vel cum igne, vel sagitta, vel si ante commiserit simile delictum, remissio generalis vel particularis non prodest delinquenti, nisi expresse mentio fiat de illa qualitate, ita probat text. in l. 3. C. de *Episc. copul. audientia*, & ad hoc ultimum notat & commendat ibi Guillel. Bart. in *c. super. literis de rescriptis* 32. col. Fel. in *c. postulat. eod. tit.* Palac. Rubi in *su. repet. fol. 103. 2. col.* in *fin. vers. ad eujus conformationem*; & idem disponit hodie lex 1. & 2. tit. 12. lib. 1. *orda*. Item adde, quod talis indulgentia, vel remissio habet istum effectum: quod si fiat ante sententiam & condemnationem, videtur remissa poena delicti, & confiscatio bonorum & infamia, text. est in l. *rescripta* in *fin. C. de prec. impens. offer.* ibi *vel crimen supplicanti*, indulgetur, text. in l. 2. C. de *gener. abolit.* Si verò fiat post sententiam & condemnationem, videtur tantum remissa poena delicti,

Virtus remissionis

non verò bonorum nec infamie, text. est in l. *fin. C. de gener. abolit.* in *vers. indulgentia patres conscripti quos liberae nobat*; nec infamiam criminat tollit, sed poena gratiam, facit textus in l. 2. C. de *sen. pass.* text. in l. *generalis*, eod. tit. Quod intellige, quando simpliciter est facta remissio, secus verò si pleno modo fiat, si expresse dicatur, vel tacite per verbum denotans plenam remissionem, ut si principes dicat, quod illum restituit ad pristinum statum, quia tunc indistinctè videtur remissa poena & confiscatio bonorum & infamia, text. in l. 1. *vers. fin. C. de sen. pass.* Cujus verba sunt: *Restituo te in integrum provincie tue, & adject.* ut autem scias quid sit integrum restituere, honoribus, & ordini tuo & omnibus ceteris restituo, textus in l. *fin. s. eod. tit.* Confirmatur, quia verbum *restituere*, plenam habet significationem, ut in l. *de amnis* la 2. s. *in factiana*, ff. de *usu*, cum *similibus*. Item etiam quia beneficium principis latissime debet interpretari, ut in l. *fin. ff. de consil. princ.* Item adde, quod licet restitutus per principem recuperet etiam bona confiscata, tamen non recuperabit fructus jam perceptos ab ipso scisco, vel principe, ita probat text. singularis in iure in *auth. idem est de Nestorianis*, C. de *hereticis*, ubi habetur, quod si quidam ex liberis sunt fideles, alii verò non, portio & hæreditas omnium debet esse apud fideles; & si postea fuerint conversi, restituantur eis eorum partes sine fructibus, & ibi expresse notat & commendat Alb. & Salyc. & ad hoc illum textum reputat singularem Ang. in l. *Gallus*, s. *quid si tantum ff. de liber. & posthum. fin. col. n. 14.* & ibi Arzet. in 11. col. *vers. super secundo artic.* Cuman. pen. col. n. 13. Alex. 9. col. n. 21. Lancel. Dec. pen. col. *vers. Unum semper nota*; Bald. in *c. domino guerram*, pen. col. n. 11. *hic finitur lex*, deinde incipit consuetudo regni, idem Bald. in l. 1. *fin. col. in med. C. de fide instrum.* & iure *hæst. fiscal.* Ang. in *auth. de hæred.* & *sal. s. 1. Collat.* 1. facit etiam text. in *auth. ut cura de appellat. cognos.* ff. de *prædictis*, & *vers. si vero possit hac*; Collat. 8. & ibi notat Angel. Et ista opinio est tenenda in iudicando & consulendo, licet *sal. in d. l. Gallus*, s. *quid si tantum ff. de liber. & posthum.* 15. col. n. 1. expresse teneat contrarium; imò, quod fiat restitutio fructuum, quia verbum *restituere* importat plenam restitutionem & extenditur ad fructus, text. est in l. *vide amur*, la 2. s. *in Favianâ*, *vers. fin. ff. de usuris*. Cujus verba sunt: *Nam & verbum restituas, quod in hac re prator dixit, plenam hinc significationem, ut fructus quoque restituatur*, text. in l. *condemnatione*; s. 1. ff. de *rei vend.* text. in *c. gravis*, de *restit. spul.* & idem videtur tenere Philip. Dec. in d. l. *condemnatione*, in *fin. de reg. iur.* Sed illa jura non obstant, quia ibi tractatur de restitutione bonorum, nulla precedente culpa petentis, & aliàs esset in gravi præjudicio: in nostro verò casu alienatio fit per delictum & culpam, unde cum ex mera gratia fiat restitutio, debent intelligi sine fructibus, cum medio tempore iusto titulo possedit, & eos percepit. Item etiam, quia ibi creditur, qui petit revocationem fieri, prætendit causam onerosam pro recuperanda re sua, vel sibi debita, & talis restitutio & revocatio respicit tempus, in quo fuit facta alienatio, quia ab illo tempore fuit iniusta & in præjudicium ejus, in nostro verò casu delinquens restitutus, qui petit bona virtute restitutionis, prætendit causam lucrativam, cum jam bona

erant principis, & fisci ejus: unde restitutio debet intelligi in rebus stantibus penes fiscum, non vero in fructibus jam perceptis.

39 Advertendum tamen, quod licet restitutus per principem recuperet bona sua confiscata, tamen debet intelligi, quando non erant alienata, per ipsum principem, vel fiscum; secus tamen est, quando essent in alium alienata ex aliquo titulo oneroso, vel lucrativo, quia tunc non recuperabit predicta bona, nec pretium eorum, nec restitutio ad illa extenditur, quia jus erat illud tertio quaesitum, quod non debet sibi conferri per beneficium, & restitutionem principis, arguendo text. in l. rescripta, C. de precib. imper. offer. ibi: nisi forte aliquid quod non ledat alium, sed proficit presenti, text. in l. quoniam, eodem tit. text. in l. 2. si quis a principe, ff. de iur. in loco publico. Cujus verba sunt: Si quis a principe simpliciter impetravit, ut in publico loco edificet, non est credendum sic edificare, ut cum incommodo aliterius id fiat text. in §. merito, eisdem l. text. in l. quod minor, §. Stevola, ff. de minor. l. si quando, C. de iust. testam. l. fin. C. de repud. hered. text. in l. 2. ff. de decurionibus, c. quamvis de refer. lib. 6. Et in expresso illo fundamento, & consideratione istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. singularis & ordinaria in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & post. in verbo emancipatus, in fin. lib. verbi, & ibi Bart. 4. col. n. 12. Albericus 3. col. 3. quass. Bald. per. col. vers. deinde, Angel. fin. col. n. 14. Imol. fin. col. in fin. Paul. de Cast. penult. col. n. 33. Aret. 10. col. in medio, Raph. Cuman. penult. col. n. 10. Socin. 5. col. in fin. Alex. 8. col. n. 19. Jaf. 16. col. n. 57. Lancellot. Decius 4. col. n. in fin. Bart. in l. fin. Cod. sent. pa. 3. col. n. 7. & ibi Bal. 3. col. n. 5. & 6. Jacob. de Bellovisio in c. doming. guerram, hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt, 2. column. vers. quaritur, in usib. feud. ubi late disputat Bald. in l. sed si haec, §. sed si per penam, de injus. voc. Joan. de Imol. in l. si maritus, ff. solut. matr. & ibi alii Doctores. Paul. Griland. in trat. de relaxatione carceratorum, in rub. de beneficii, & indult. pr. 4. quass. Quod tamen singulariter limita & intellige, quando talia bona sint ante quaesita ex priori titulo, & contractu principis, vel fisci: secus tamen est si sint alteri quaesita ex sola condemnatione absque facto, vel contractu principis vel fisci, quia tunc restitutus bene recuperabit illa bona. Ex quo deducitur & inferitur, quod si ex forma & tenore disponentis bona majoratus vel vincula debeant pervenire ad sequentem in gradu per mortem civilem, vel naturalem possessoris, vel eo ipso quod commisit delictum per quod veniunt confiscanda, & postea sit restitutus a principe, recuperabit bona. Secundum inferitur, quod si ex forma legis, vel statuti ex bonis condemnati aliqua pars eorum applicetur parti offensae vel heredibus ejus, & postea sit restitutus a principe, recuperabit illa bona, quia non dicuntur proprie nec perfecte alienata argumento predictorum jurum, & argumento text. in l. si liberus, ff. de iur. patron. ubi habetur, quod si patronus deportatur, & per consequens amisit jus patronatus, textus in l. sed si haec, §. liberos, et primo vers. sed & si penam, ff. de in jus. voc. ubi idem disponitur, text. in l. fin. Cod. de sen. par. ubi dicitur, quod si pater deportatur, & amisit patriam potestatem, & postea

restituatur, recuperat eam, & in expresso isto fundamento & consideratione tenet originaliter Cynus in d. Gallus §. & quid si tantum, de lib. & post. & ibi Aret. 10. col. n. in medio Alex. 9. col. n. vers. p. t. rem, licet cum distinctione quando nondum est apprehensa possessio, Jaf. 16. col. n. n. 61. Lancellot. Decius, penult. col. ante medium, Bald. n. l. sed si haec, §. sed si per penam, in fin. ff. de in jus. voc. idem Bald. in c. doming. guerram, p. n. 1. col. n. 12. hic finitur lex, de n. conf. reg. incip. in usib. feud. Angel. de Perus in l. si pater si ius, ff. de adoption. Andr. de Her. in c. 1. 2. col. n. de usufructo decrepita a. a. in usib. feud. Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imo quod etiam in isto casu ille, cui per legem vel hominis dispositionem bona delinquentis sunt applicata, non teneatur bona restituere; nec sibi auferantur, modo sit apprehensa possessio, modo non, & per consequens restitutus non recuperat illa bona. Primum, quia beneficium, & restitutio principis semper debet intelligi sine praedictio juris alteri quaesiti, ut iuris supra proxime allegatis; ergo cum illi tertio sit jus quaesitum in praedictis bonis, nullo modo potest intelligi ei sublatum, per restitutionem principis. Secundum, quia princeps etiam ex plenitudine potestatis non potest in totum auferre jus alteri quaesitum, licet differre vel suspendere sic, nisi tantumdem resarcit de suo patrimonio, ut in l. item si verberatum, §. 1. ff. de rei ven. & in l. Lucius, ff. de eod. & in l. Antiochensium, ff. de privileg. & notatur late per Doctores, in l. fin. C. si e. ius jus, vel util. public. & latius dixi suo loco. Tertio, & in specie facit text. notabilis & expressus juncta Glossa ordinaria in l. 2. C. de in jus. voc. ubi habetur, quod licet per rescriptum principis possit remitti penam pecuniaria applicanda fisco, non tamen pena publicanda pati, & ad hoc summè notat & commendat ibi Bartol. & communiter Doctores, qui ex hoc inferunt, quod si simpliciter fiat remissio, extenditur ad penam applicandam parti. Confirmatur ex leg. 2. tit. 11. lib. 1. ord. ubi disponitur, quod indulgentia vel remissio principis non valet facta parte, vel accusatore, nec aliter possit cum bona conscientia, ut dicit S. Thom. 2. q. 97. part. 2. & dixi supra ista repet. Et in expresso istam sententiam & conclusionem contra Cynum, & sequaces tenet Bald. sibi contrarius in d. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & post. n. 4. col. in fin. & ibi Joan. de Imol. fin. col. in fin. Raph. Cuman. penult. col. n. 11. Fortunius Garcia 91. col. n. 221. quam vide, Fab. in §. cum autem, Inst. quib. mod. jus pat. pot. solvit. 1. col. Anch. in cap. quamvis, de rescriptis, in 6. Nec obstat text. in d. l. si liberus, ff. de iur. part. & in l. sed si haec, §. liberos, et 1. vers. sed & si per penam, ff. de in jus. voc. & in l. fin. C. de sentent. pass. cum similib. Quia ibi per legem, vel dispositionem non applicatur libertas, vel fisco, jus patronatus, vel patrie potestatis conferendo in eis aliquid beneficium, sed tantum suspenditur in patrono, vel parte illud jus virtute sententiae, & condemnationis ex quadam necessaria consequentia propter inhabilitatem, & incapacitatem eorum, quia cessante beneficio restitutionis statim sequitur illud jus, quod erat oppressum, & suspendendum, & recuperat primum statum quem amisit, & in expresso ista videtur solvere Joan. de Imol. licet non declaret in d. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & post. fin. col. in fin. in quantum

Bona haec reditus applicata revocantur restitutione.

Contra precedentem opinionem.

rum dicit, quod in dictis iuribus potius fuit facta supplicio quam translatio, & ibi alii Doctores, praecipue Fortunius Garcia 92. col. n. 213.

Casus 9. Nonus casus est per concordiam, & remissionem partis, ita dispositio lex 22. tit. 1. 7. part. de quo articulo magistraliter dixi in delicto homicidii.

Casus 10. Decimus casus est, quando iudex condemnavit aliquem in pena exilii, quoad voluerit, vel ad voluntatem, & beneplacitum ejus, quia tunc praedictio iudicis revocantur, vel eo mortuo finitur exilium, quia videtur cessare voluntas iudicis, ita probat text. in l. 1. ff. locati, text. in leg. fin. ff. qui sine manumiss. ad libert. pervenit. text. in l. item Pomponius, §. fin. ff. de rei ven. text. in l. 3. ff. iudic. solvit. text. in l. mandatum C. mandati, text. in §. item si adhuc instit. eod. tit. text. in l. concessimus, §. fin. ff. de verb. oblig. & tenet Bart. fin. quass. & communiter Doctores quos omnino vide, quia in aliquibus reprobat Bart. in sua distinctione.

Casus 11. Undecimus casus est, quando rex, vel princeps ex iracundia condemnat aliquem, vel jubet condemnari in majori pena quam delictum poscat, & ad iure sit imposita, quia tunc suspenditur executio per 30 dies, & consulendus est princeps; text. est singularis, in l. si vindictae, Cod. de penis, & ibi ad hoc notat & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & reputat singulariter Hippolytus in l. 1. ff. ad leg. Corn. de fidei. fin. col. & idem disponit l. 5. tit. 12. lib. 3. ord. & 29. cum sec. tit. 8. 1. part.

Casus 12. Duodecimus casus est, quando esset condemnatus ad mortem homo positus in dignitate quia tunc suspenditur executio, donec consulatur princeps, nisi tumultus, & scandalum aliter sedari non possit, textus est bene notandus in l. pen. ff. ad l. Corn. de fidei. quem ibi ad hoc notat & commendat Glossa ordinaria, Bart. Alber. & communiter Doctores.

ANNOTATIONES.

M Inus quam simpliciter probatio. [ Idem jam supra affirmavit c. praed. n. 1. vers. ad advertendum tamen, quod etiam affirmat Corn. consil. 101. lit. l. 2. & consulendus Julius Clarus qui optimè iudiciorum gradus fecerit in praed. de q. ac. in princ. Et omne illud per quod ] Et haec regula, quae vulgo non innotuit teritur, observata ac diligenter inculcata a Deco 31. Claud. ult. ver. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Jafon. in l. si stipulet. n. 4. ff. de verb. oblig. Hippolyt. in praed. §. pro complemento, n. 4. pag. mihi 142. Dec. rursus in cap. servavit, n. 2. de probat. Et ipso clamandum est contra iudices. ] Vix unquam cerit sua pro dignitate reprehendi, atque etiam dicit de veteri iudice illi poterant, qui vel noxa & insolentia questionum, reo tormentorum genera commincentur, vel diutius aculique accusatos reos tormentis vexant, quam jus fasque deserit expoluit; eequid enim crudelius, atrocius, & ab omni iure, & ratione magis alienum, quam sub veritatis erudine praetextu miseris homines novis, & horrendis modis dilaniare, & ad ea quae nunquam patrarunt, nunquam dixerunt, nunquam vel cogitatione ipsa comprehenderunt, consistenda, adigere ac perduceret quis enim non potius femel atque uno veluti temporis atomo, & vice finem quocunque modo imponere, feralem horum verum lanionum quam iudicium tyrannidem effugere, quam se sub mille moribus vitium discerpi eligat arbitor equidem & id genus iudices (si tam praestabile, ac tam divinum dignitatis exagere nomen, essetis iis hominum umbris; nec enim vel homines dici, ducique debent, attribui potest tum falsum homicidii criminibus frequentissime obnoxios fieri, dum falsa pro veris enunciarit cruciatibus cogunt, & vel innocentes reos, vel innocenti loco habendos iustissime trucidant, nec illis profecto aliam imponen-

dam penam, existimo, quam illam, quam Perillo horum plane simili Phalarides hac in re iustissimus imposuisse fertur; videbis porro, hac itidem de re, & de tota huiusce capitis materia Julium Clar. in praed. §. ult. n. 64. per eamam

Quia pro officio iudicis praesumitur. ] Praesumptionem hanc pro iudicibus probat vulgaris ad id text. in l. 2. ibi quod non arbitramur C. civit. iudic. quem asserunt Jaf. in l. unam. 1. 1. c. ut omnes iud. Ludovic Gomez. in §. 2. vales. n. 7. Inst. de ad. Hippolyt. in praed. crim. 6. 1. n. 98. Ferrar. C. auc. ultim. col. ad fin. Alciar. notabiliter res. 31. praesump. 9. consentit quae superius observavi, iudicem & dicit, & duci debere vitam bonum. Intelligit tamen, haec praesumptioni nequaquam locum fore, ubi contrarium per evidentiam facti appareat, quod verè tradit Hippol. sing. 438. ad fin. vel cum aliter contrarium ostenditur, ut asserit cum Alciar. viri doctissimus, & praecetero mihi charissimus Arius Pined. in l. 2. part. 1. cap. 2. in fin. Cod. de res. vend. quin & Theophilus gravissimus juris paraphrastes, in §. praetorium, Inst. de iur. nat. gen. & civit. pag. 11. luculenter inquit magistraliter multis hzere, & relin. uti, esse suspiciosus, caveant igitur in hac tormentorum materia iudices, & potius clementiae, pietatisque obtemperant, quam vana severitatis specie ducti illos imitentur, de quibus supra proxime verba feci

Quid tamen intelligi. ] Idem asserunt Augustad Angel. de malef. in verb. & vultem celestem num. 9. Bernard. consil. 107. lib. 1. in 1. part. Roland. consil. 45. n. 4. l. 1. & probat non obtineat text. in l. in evitum, cod. de furt. quatenus non generaliter hanc praesumptionem ortum sui docet.

Idem sententiam, & con. assonem tenet. ] Idem asserit nemine citato Julius Clarus in praed. §. ult. n. 43. vers. ulterius quare, in fin. & sane id absque dubio iuris ratio, cum aequitas iure omni praescripto facile suadent.

Dico quod regulariter. ] Hanc regulam ponit etiam Duen. regul. 45. qui limitationes complures ad iungit Oclav. Vestrius in praed. lib. 7. ubi videto Nicolaum Antonium gravatum, qui ad illum doctissimas, & elegantissimas additiones lucubrae: quin etiam hac eadem de materia videto Covarruv. in praed. quass. cap. 11. Julium Clarum in praed. §. ult. quass. 4. & quae etiam brevi dudum observavi in recept. sent. resolut. per appellatio. n. 191. cum seq.

Hippolyt. in leg. una, n. 91. & seq. C. de rapti. v. g. m. late Covarruv. in tract. de sponsal. 2. p. 6. ult. n. 12. Duennas p. 190. Julium Clarum in praed. §. ult. q. 40. vers. quare nunc. & res videtur extra omnem aliam disputationis positam

Adde quod licet condemnatus dicitur & asserat. ] Quamvis haec sententia iure probati ma. censeri debeat, multorum tamen exempla, quae veterum historiarum replicantibus nusquam non occurrunt contrarium ostentant potius atque antiquius ostendunt; nec me rationes Ulpiani in l. si quis foret. ff. de pen. magno opere movent: nam ut multi eluenda pena causa id allegare videantur, tamen & eluso breviter terminis circumferuntur, & nonnulli aliquando verè id affirmare possunt, pluraque faciendum est, posse unum aliquem quod e principum salute, vel e republica sit derogare, quam multos aliquantulum temporis a supplicio perpetuandis interquiescere: nec item quia tantum quis tacuit, quod tantopere enunciat decurit, & idecirco penam committitur est, si tandem necessitate coactus palam illud vult facere, princeps brevi temporis momento suam ac republicae utilitatem debet postponere. Itaque caute haec in se res iudices gerere debent, cum existimo, tum modo, dabuntque obnoxio operam, non possunt ipsi aliquid veritatis explicari, alioquin pro conditione praesentium haesummodi allegationes, ac promissiones non erant iusque deque habenda.

Text. est sing. in iure. ] Tameo textus hic in l. ad bestias, non id ratione aliqua probat, ad quod vidgo allegatur; quinimo totum prolixius contrarium docere videtur, qui pe qui tantum dicat praesides provinciarum, si quos ad bestias damnet, & eos longè gratius speculum bestiarum eidem addictos posse coram Populo Romano exhibere arbitrentur, Romam esse dimittendos, meo communis consensu multum profecto exquirunt, multum rationis habet, quae etiam de re videto Covarruv. lib. 4. resolut. t. 9. n. 6.

Et in terminis ita tenent Paris. de Duto ] Affirmat idem Titian. de pan. causa 38. in fin. licet certe superius opinio receptissima est, ut constat ex his quos laudat Julius Clarus in praed. §. ult. quass. 98. vers. quare etiam; & F f 2 quinta